Quod felix fauſtumq; velit ter Maximus eſſe

SECTIONES HAS INAUGURALES

DE

# JUDICIIS

Auſpicio & Authoritate

*Illuſtriſſimi & Generoſiſſimi* DOMINI

## DN. PETRI Brahe/

Comitis de Wiſingzborg/L. Baronis in Ridboholm & Lindholmen &c.

*S. R. M. & Regnorum Sveciæ, Gothiæ, Vandaliæ Drotzeti; Magni Ducatus Fenningiæ Gubernatoris Generalis; Parlamenti Regij Holmenſis Præſidis, Regiæq; Academiæ Aboënſis Cancellarij, Necnon Weſtmanniæ, Montanorum & Dalekarlorum Iudicis Provincialis, Domini mei Clementiſſimi, Mecœnatis Munificentiſſimi:*

Cujus Illuſt:æ Excel:ti in ſubjectiſſimæ devotionis argumentum, intimæ gratitudinis documentum, perpetuæq; obſervantiæ teſtimonium dedicatas, Humilime confert, dicat & offert.

*In Regiâ Academiâ Aboënſi*

PRÆSIDE

*Ampliſſimo juxta ac Conſultiſſimo Viro*

M. MICHAELE O. WEXIONIO,

Jurium, Polit: & Hiſtoriarum Profeſſ. celeberrimo, Præceptore ac Patrono maximâ obſervantiâ ætatem colendo, obſervando,

PRO LICENTIA

*Et ſummis in utroq; jure honoribus, Prærogativis ac Privilegijs Doctoralibus, ritè & legitimè conſequendis,*

Publico & ſolenni Examini ſubijcit

JOHANNES M. GARTZIUS Arbog.

*Ad diem 6. Maij Anno reparatæ ſalutis 1650.*

26 Aug:

---

ABOÆ, *Imprimebat* PETRUS Wald/ *Acad. Typogr. 1650.*

# AD
# MECOENATEM
## ILLUSTRISSIMUM
ET
## *Munificentiſsimum*:

ACcipe, MAGNE PARENS, Helicon cui paret ad Arcton,
Quæ litat ex *Campo Themidis* nunc *Fennica Muſa*.
Eſt tenuis fateor, nec te tàm parva decebat,
Quid tum? Magnanimi per ſæpè minora capeſſunt.
Tu ſtudijs Curſum porrò largire ſecundum,
Tu mihi pollucem, Tu mitem Caſtora præbe.
Hæc mea devotæ, MECOENAS, Symbola mentis:
Adſpice, Muſa Tibi plenos dùm texit honores.

*Ad Virum-juvenem excellentèr Doctiſſimum,*

# DN. JOHANNEM MATTHIÆ GARTZIUM Arbogienſem, uti pridem antehác Philoſophiæ, ita nunc quoq; *Iuris Utriusq;* Candidatum meritiſſimum, cum varijs ſpeciminibus, Diſpp:bus ſe: ex Univerſo Jure, Civili, Feudali & Canonico, magnâ cum laude, publicè habitis, nec non privato & rigoroſo examine, inſigni præſentium applauſu, exantlato, præſentem hanc Διάσκεψιν Juridicam, pro ſummis in Jure Doctoratus honoribus, eruditè proponeret, ſolideq; defenderet;

προσφώνησις.

*VEridicus quondam veluti prædixit Apollo,*
*Cum* Sophiæ *oblata eſt Laurus honora tibi*;
*Noto nunc,* GARTZI, Themidos *reviréſcit in horto*;
*Nectitur hîc niveâ pulchra Corolla manu.*
*Sit fauſtum, voveo*; Magnus fiaſq; Sacerdos
Almæ Juſtitiæ, *Lux Patriæq; Soli.*

MICHAELIS OL: WEXIONII,
Jur: & Pol: Prof: Pub.
*Ab amicâ mente & manu profecta.*

---

CLARISSIMO VIRO,

# DN. JOHANNI GARTZIO,

J. U. LICENTIATO meritiſſimo, Amico ſuo & favitori plurimùm colendo, pro Summo in Juriſprudentia GRADU

# DE JUDICIIS

Doctiſſimè Diſputanti.

REctè: Judicium pandis Clariſſime *GARTZI*,
Quid ſit, queîs conſtet partibus illud ais.
Sic *THEMIS* alma ſuo voluit TE Jure Miniſtrum
Dici ac eſſe ſuum; Macte Vir ingenio.

En

En *TIBI* pro meritis decus, en *TIBI* culmen *HONORis*,
Cujus perraris templa aditusq́; patent.
Ductores, Comites veteresq́; noviq́; fuêre
Multi, quos placuit cum ratione ſequi:
Commemorabit at hos quis cunctos Jureperitos,
Juſtitiæ in Fano percelebresq́; Viros?
Quorum docta manu nocturnâ & ſcripta diurnâ
Sæpiùs evolvis, perſpicis atq́; notas.
I, quo cœpiſti feliciter ire, JOHANNES,
Conantem juſto tempore JOVA juvat.
Mecum permultos populares vota-precesq́;
Fundentes, GARTZI, ſemper habebis ovans:
Aſt ut ovare queas ſine fine rogandus JOVA,
Omnimodâ qui *TE* proſperitate beet.

*Honoris Ergò L. M.q́; apponebat*
SAMUEL G. HartMan
Eloq. Profeſſor.

---

*Quid privata tenent ſimul ac quid publica jura,*
GARTZIUS *artifici nunc brevitate docet.*
Perſonæ, Actio, Res *totius copia juris*
*Tractantur mirâ hic dexteritate probè.*
*Eſt opus eximium, licet ægrè judice momo,*
*Candidus aſt præbet ti ſua vota lubens.*
*In Themidis Caſtris ſudaſti nocte dieq́;*
*Ipſa tibi imponet Laurea ſerta Themis.*
*Hos tibi promeritos fraternè grator honores*
*Sis Patriæ laudi, Vive valeq́; diù.*

Fauſti ominis & interioris amicitiæ conteſtandæ Ergò appoſuit
Jacobus P. Chronander.
VV-Gothus.

# *DISCURSUS IURIDICI*

Inauguralis & ſolennis

D E

# J U D I C I I S

Π Α Ρ Α Σ Κ Ε Τ Η

QVotidiana & quæ uſum in vitâ communi fre-
qventiorem habent in juris ſtudio pleniùs attin-
genda, *L. 25. D. de liberat; legat.* Dum quæ raró accidunt
prætereunt legislatores *l. 5. & 6. de ll.* *Proinde cum judi-
ciis nihil ſit frequentius & celebratione dignius; ſive* O R I G I-
N E M. *ſpectemus, quippè in ipſo naſcentis mundi exordio & qui-
dem â DEO O. M. æquiſſimo judice inter Angelos.* 2. *Pet.* 2. *nec
non homines Gen: 3. inſtitutum.* *Sive* P E R S O N A S *apud quas
peraguntur; Imperatores, Reges & Principes expendamus, qui
DEi gratiâ ſum̃um in terris jus exercent & omnium judiciorum
fons ſunt & ſcaturigo, arg: c. 4. Kon:* {{ *§. 2.* *Sive* R E S S U B-
I E C T A S, *corporales & incorporales, divinas & humanas, pu-
blicas & privatas, quæ per omnes fermè juris partes & infinitos
humanos actus ſunt diffuſæ, intueamur.* *Sive deniq;* C O M M O-
D U M *recolamus; Idcirco enim judiciorum vigor, jurisq; publi-
ci tutela fuit in medio conſtituta, ne quiſpiam ſibiipſi permittere
auderet ultionem, ut impp: reſcripſerunt;* C. de judæ: l. nullus.

Non ſolùm quia homines in propriâ cauſâ cæcos reddere ſolet cupiditas & a-
varitia, atq; adeò iniqvum eſt aliquẽ rei propriæ iudicem fieri l. Julian: de Jud:
num: 7. Reg: Jud: Jngen må wara Domare i ſin egen ſaak: Verum inſuper
quia futurum eſt alioquin, ut tenuium bonorumq; ſalus & fortunæ, potentio-
rum malorumvè libidini exponantur & acerbiſſimæ pugnæ atq; interitus ci-
vium quotidiani exoriantur; Sunt etenim iudicia delubra æquitatis & iuſtitiæ
ſine quibus imperia diu ſtare non poſſunt, nec V I S & F R A U S (quæ peſtes
ſunt humani generis) à ſubditis arceri. Paucis itaq; de J U D I-
C I I S acturi, commodiſſimè videmur facere ſi *genera-
liora & Communia* præmittemus, proveniendo ſigillatim
& diſtinctè ad *Perſonas* quæ jus ſtatuunt & quibus ſtatui-

tur, *Res controverſæ & Quæſtiones* de quibus ſtatuitur; Tandem *Proceſſum* qui perſonis viam monſtrabit res ſuas in judicio petendi, perpurgabimus. Sit itaq;.

CHRISTO duce & auſpice CHRISTO.

# SECTIONIS PRIMÆ
## DE
# JUDICII DEFINITIONE ET SPECIEBUS

## ASSERTIO I.

*Judicium eſt legitima controverſiæ forenſis apud judicem diſceptatio & dijudicatio.* c. forus 10. v. dum diſcut: de v. S. conf: pro arg: prin. proceſſ: jud: Thet wåra Undersåter och androm ſkal ſtå fritt och war i efſterlåtit at andraga theros beſwåringar / Saker och ärender och uppå them förwänta itt tilbörligit beſked aff wåre doomhaffwande och biſittiare. c. 2. Rådſt. B. c. 10. 11. Ting. B.

*Exegeſis Definitionis.*

Judicium (quod etiam cognitionale certamen juſtiniano dicitur §. 3. de Juſt: Cod: conf:) appellationem à ſententiæ pronunciatione ducit, quæ præcipua pars eſt, ſi votum litigantium ſpectemus, totius iſtius actus. c. 13. Rådſt. B. 25 Ting. B. Judicari quippe dicitur cum ſententia fertur, & res judicata cum finis liti impoſitus eſt, *l. 1. de re jud.* In hac itaq; acceptione (Multa enim vocabuli hujus ſunt ſignificata, dum ſumitur pro ſententia ipſa, d, l. 1, c, 4, Gifft B. Ll. Fara til Tings och taga Doom. Aut pro loco, 2, ff, 10, 11. c, 12 Ting b. l, 1, Kombter han ey å förſta Tinge. Aut pro actione quæ in judicium deducitur. l. Ait prætor in pr. de Neg: geſt. hoc ſenſu dicuntur judicia finium regundorum, familiæ erciſc: &c. Et quæ præterea ſignificationes Lexicographi recenſent.) Judicium acceptum nihil aliud eſt quam diſceptatio quædam & dijudicatio, Käromåhl höra / ſkärſkåda och Döma. Neq; enim quando agimus contra aliū aliud intendimus, quàm ut cauſam tractemus & ejus merita excutia-

cutiamus, quæ à nobis litigantibus in diverſas partes trahuntur. Unde additur ejuſmodi tractationem eſſe de re controverſa, Beſwår/ Tråtor och årender/ nam nullum eſt judicium niſi in quo res controvertatur. Tractatio autem hæc fieri debet apud judicem, (Doom haffwande och biſittiare) abſq; quo omnis cõtroverſiæ judicialis diſceptatio futilis & inutilis certè nunquam legalitèr componetur: Ty ſå kråffwer Dommare Embete at han tråtor åthſkillia ſkal. *Tit: de Reg: jud.*

2. *Cognito jam ex definitione ejusq; brevi explicatione, Quid judicium ſit? diſpiciendum porrò quæ ejus ſunt Diviſiones præcipuæ.* Dividitur autem I. Quoad CAUSAM EFFICIENTEM, in ECCLESIASTICUM quod coram judice Eccleſiaſtico de rebus Eccleſiaſticis *C. 1. 2. 3.* Kyrk: B. merè ſpiritualib⁹ (*Quæ fidej Chriſtianæ veritatem immediatè reſpiciunt, Ceremonias Sacras Cultumq; divinum & miniſtrorum ordinationem concernut.*) gl. in c. exten: II. Extra de for: comp. Et mixtis peragitur, quales cauſæ de jure patronatus. *C. 5.* Kyrk B. *p. 33. priv: ord: Equeſt.* de adulterio & ubi aliàs animæ periculum ſubeſt. *it. C. d. aud: Epiſc: Conf: præter verbum DEi, Ord: Eccleſ: etiam modernam praxin.* Et SECULARE quod coram judice Laico: de cauſis ſecularibus ventilatur. de quo Ting: B. & Rådſt: B. C. 10. Tin: Leekman dömi öffwer the ſaker ſom ey må klårka. C. 20. Kyrk: B verſ: Bryter: Correctum eſt per Receſ: Aroſ: A. o 1527. p. 15. Preſten ſkal ſökia Ting och Stämno effter ſin Rått i alla ſaker ſom år om Jordatråtor/ om Slagzmåhl eller annadt och böthe Konungen ſom andra Månn/ Och hwar ſom haffwer någon Klagamåhl til Preſten i Andeliga ſaaker/ ſom år at han icke redheliga vppehåller thet Pråſtoembetet tilhörer/ at han icke predikar Gudz Ord/ håller Måßo/ Döper Barn eller i andro måtto förſummeligh år; Thet ſkal Sockne Bönder klaga för Biſkoperna/ och the ſköla ther om råtta och Döma. Item P. 16. Der Pråſter och Lekmån ſlå hwarandra/ ware icke meer



then

then ena ähn then andra i Band/ effter ty G V D Z haffwer förbudit ſkä ſå wäl then eena ſom then andra/ vthan böthe hwar ſin ſaak effter Lands Laghen.

3. *Quoad MATERIAM. Judicium vel Univerſale eſt cum de juris univerſitate per nomen appellativum collectivè agitur: Veluti petitione hæreditatis C.1.2.3* Erff: B. Sl. & St. l. Peculio, dote, armento, grege *l. 1. de R. vind.* Vel *GENERALE* in quo non petitur una res vi ſuâ multas comprehendens, ſed ubi de pluribus rebus invicem quamvis nec cohærentibus, nec uni nomini ſubjectis generaliter tamen agitur, veluti ſi tutelæ *C. 20,* Gifft: B. Sl. pro ſocio 20. Ting. negotiorum geſtorum *C. 14.* Kong: B. St. L. *l. 38. pr. pro ſocio.* Vel deniq; *SPECIALE* quod de rebus ſingulis eſt; Veluti in actione empti. c. 4. Köp: St. l. mandati c. 15. Jord: Sl. depoſiti. c. 9. Köp. Sl. 5. St. l. eventre tradit Paul: in d. l. 38.

4. *Ratione FORMÆ dividitur in* ORDINARIUM, *in quo ordo judiciorum ſolennis obſervatur, plenaq; cognitio adhibetur.* L. 1. C. de Exec: *rei judic: Conf.* Ritteg: Ordn. *Pr.* Then hel ſumma *juſtitia* kunde beqwämligaste förmedelſt laghlige ordentelighe rättegånger widh nachthållas och *adminiſtreras.* Et EXTRAORDINARIUM ſeu ſummarium quo cauſæ pleno proceſſu non ventilantur, ſed quomodocunq; ſola facti veritate inſpecta, valida profertur ſententia. Clem: ſæpe, 2. de v. Sig. c. 33. Kong. Sl. Art: 13 Hoffrätens Ord: Cuiusmodi ſunt cauſæ in quibus princeps vel Judices Ordinarii ſpecialiter committunt ut procedatur de plano; Quales mercatorum, propter bonum & æqvum, quod in Contractibus exuberare debet & aliæ cauſæ quæ moram non patiuntur, Ex jure autem veteri R. reſpectu formularum omnia judicia ſunt Extraordinaria §. fin: inſt. de interd.

5. Re-

5. *Reſpectu* FINIS, *judicium vel* CIVILE *eſt, ubi civili ſeu forenſi actione agunt illi potiſſimum ad quos ea res pertinet.* C 13. Ting:b.c.7 10. Jord B. 9.11 St.l. Vel CRIMINALE in quo reum alicujus facinoris accuſamus, ut publicè in eum animadvertatur & pœna (Quæ ſvadentibus circumſtantiis quandoq; in pecuniariam degenerat: Ubi vz. cauſa criminalis judice & parte læſa conſentiente, ſive ſolus ex cauſis civilis ſit, aut ubi ob homicidium vel aliud delictum non ex propoſito & dolo malo ſed culpa & negligentia commiſſum, non capitaliter aut corporaliter ſed pecuniariter reus puniendus ſit. C 6. Dråp: wil.) edita deterreantur ſimilia auſuri. *L.ult: D. de fur: p.17.* Ratt: Ord: Påſhet &c. Vel MIXTUM in quo & civiliter & criminaliter ſimul agitur, quando ad diverſos fines, criminalis ſz. ad vindictam, Civilis verò ad perſecutionem rei familiaris tendit l. 23. §. 9. Ad l. A. *Sic ratione fractæ pacis publicæ, ut ad pœnam banni & perſecutionem rei familiaris procedi liceat expreſſè ſancitum eſt c. 21.* Edzör: B. Al. Edzöre boot.

6. *Civile judicium ſubdividitur in* PERSONALE, *quo quis petit ab alio qui ei ex contractu, vel maleficio, vel alijs quibusdam modis eſt obligatus.* § 1. J de Act: l 25. ff. de obl: & A. *Huc præcipuè pertinent de I N.* Köpm: B. Skipmåla/ Edzöris/ Höghmålis/ Dråpmål/ Tiuffwa Balcker. Et REALE quo quis ab alio petit quod ſuum eſt, quamvis ille nullo jure ſit obligatus, 4. *Inſt: 6. §. 1. quò ſpectant* Erffda/ Jorda/ Bygninga Balcker. *MIXTUM verò quod æquè revera in rem quam in perſonam ſit, non agnoſcimus arg. l. 11. de ſt. hom: Eſſe tamen aliquas actiones quæ omnino non puræ ſint non adeò diffitendum.*

7. *Reale viciſſim aut* PETITORIUM *eſt quo quis rem ſuam à poſſeſſore vindicat. 6. ff. 1. l. 23.*

 12. 14

c.12.14.15.16. Jord B. L. c.5.7. St.l. c. 26.27. Ting: B. POSSESSORIUM quo quis de poſſeſſione rei vel adipiſcenda, vel retinenda, vel recuperanda, experitur. *43.ff. 1.2.3.&c. c. 19.30. inf.* Jord: B. L. *c.27.* Edz: B.

8. *Quemadmodum QUALITATIS intuitu de Jure R. aliud* Majus, *aliud* Minus, *judicium eſt.* *L.2.C.de form: & imp: act:* Sic apud nos Tres inſtantiæ ſivè ordines ſunt *Supremus, Medius & infimus.* Ex quibus HUNC pro diverſitate ſubditorum: (*Confirm: Guſt: M. ad j. Mun:* Och förty iffrån Landzlagen någorlunda affträdt efter begges theras näring och lefwerne märkelighen är i många måtte åthſkilde:) Ruri judices Territoriales Häres Höfdingar c.3.5.7. Ting: B. in Civitatibus verò judex inferior, Kämneren c.5. Rådſt: obtinent. ISTUM provinciarum Legiferi & Nomophylaces, Laghmän (quod judicium olim ſemel in anno, *C.11.* Tingm: B. Hodie non niſi quolibet triennio ſemel in ſingulis territorijs habendum. *P.3.* Rätteg: Ordn:) expediunt: in Municipijs verò conſules & Senatus Urbicus *C. 2.* Rådſt: Try åru Rådſtuwa Daghar i hwarie Weku Præſente *Caſtellano* (ſicut etiam ruri officiario Regis Ståthållare eller Befalningzman) non ut judice ſed executore. p. 9. Rätteg: Ordn. Vel hodiernis moribus Conſule Regio.

9; *Inſtantia ſuprema Regia,* Konungz Rättare Ting *C.40.41.* Ting: B. Konungz nämd/ Doom. *35.* Kon: *36. eod: pr.* Rätt: *Proceſs:* olim ſemel ſingulis annis, certo loco habita fuit, cujus omnis hodiè juriſdictio & poteſtas in *ſuprema judicia aulica* Konungzlighe Hoffrätt *p. 10* Rätt *Ord: p.7.* Regementz Form: collocata eſt; Qualia apud nos IV. ſunt *Holmenſe, Iunecop. Aboënſe & Dorpatenſe.*

10. *Ad hæc judicia ſuprema devolvuntur omnes*

Cauſæ.

Cauſæ Civiles (*Per appellationem vel aliàs ex p.20.* Rätt: proc. 13. Rät: Ord: huc devolutæ) & criminales præterquam atrocio res *P. 11.* Rätt: *Proc. 17.* Rätt: Ord: Nec patet ab hâc Baſilica provocatio; niſi per ſupplice libellū ad S. R. M.tem ſolam *Art: 8. Form: Reg: p. 35. proc.* Fenes quam eſt aut pœnam mitigare, aut crimen abolere, prout Clementiſſimæ gratiæ ſuper his diſponere viſum fuerit. *C. 41.* Ting: B, *in f:* Han må återbryta alla Skrokſoknir och alla offoknir *d.p.proc: 35.*

## *SECTIONIS II.*
## DE PERSONIS JUDICIUM CONSTITUENTIBUS.

### *CONTINUATIO.*

GEnerali iam titulo de Judiciis exhauſto, dehinc quæ ad judiciorum perfectionem requiri ſolent perſequemur. Ad iudicandum verò An iudicium aliquod ſit recte conſtitutum prima eſt inſpectio perſonarum, quæ iudicia ſuſtinent: quia rebus ſunt præſtantiores l. 10. de pœn.:

1. *Perſonæ per quas judicia peraguntur, aut ſunt* Principales *aut* Adminiculares. Illæ *ſine quibus judicium eſſe non poteſt.* Quales Judex Domaren/ Doomhaffwanden/ *Et coram eo litigantes,* Actor Målsäganden *vel* Kärande/ *qui in criminalibus* Accuſator Åklagare *dicitur, Et* Reus Swaranden. c. in omni Extra: de v.S. *Et abſq; his Perſonis Judicium Civile non datur.* Quo ad criminale ſi fictionem intueri liceat, fama publica & denunciatio aliquando accuſatoris locum ſupplent, *C. 19.* Ting: ſicut in inquiſitione Generali ubi judex ex officio de crimi-

crimine notorio per Bwdkaſla Add: ad Tingm: & jndicia procedit, reus in principio ut plurimum necdum eſt uſq; dum in ſpecie contra aliquem inquiratur.

2. *In* Judice *qui ſententiá ſuá controverſijs finem imponit, L.13.§.2. de recep. q. arb. Tria cumprimis requiruntur, PRIMUM,* ut poteſtatem judicandi ac cognoſcendi habeat. Rått: Ord:. *p,1,* quò fit ut hæc poteſtas notio appelletur, cujus duæ ſunt ſpecies, ea quæ duntaxat *Notio eſt & juriſdictio. l, 99, de v, s,* Hanc alij propriam & ſuo jure, alij mandatam alienoq; beneficio habent *l, more de jurid:* Illam quam quis ſuo jure habet quin alij mandari poſſit totam, vel pro parte dubium non eſt. *C,8.* Konungz B. Sl. *l:2.4, de off, ejus cui m, eſt j, art, 11, proc, jud.* Non quidem hanc â ſe abdicando, cum munus ſit perſonæ cohærens, ſed exercitium ejus alteri committendo, ut mandatarius in partibus juriſdicendi vices mandantis teneat. *L, pen: de off, præſ. SECUNDUM* ut ſit judex competens *1, Ratione cauſarum.* Sic cauſæ Fiſcales apud nos in Collegio Cameræ Konungz Råchning Kam: inſtituuntur. Crimina læſæ maj, in ſupremo jud: p, 20, §, 2. 2, *Reſpectu Perſonarum ſic Nobiles* utuntur in atrocioribus delictis ſupremo foro, in civilibus autem ex *p, 20, §, 5,* Rått: *Proc: priv: Nob, art, 16, de anno 1617,* coram inferioribus jud: comparere tenentur. *Milites* in expeditionibus. Rått: Ord: *p. 14. fin:* apud magiſtrum militum conveniendi; Domi verò conſtituti jure Com: utuntur p. 19. ib. *Studioſi* coram Magnifico Rect: & Senatu Academ: compellandi cap: 1, Conſt: Acad: quouſq; autem & ad quos, juriſdictio Academica extendatur ex art: 5, 6, 7, 8, 9, privil: Acad: videre eſt. Perſonæ itidem alicujus collegij vel corporis veluti *Opificum vel Negotiatorum* non tantum apud judicem ordi-

narium.

narium de rebus ad id opificium vel negotiationem pertinentibus, ſed apud judicem ſpeciale ejus collegij conveniri poſſunt. *l. ult. C. de jurisd.* 3. *Ratione Territorij* ubi REUS domicilium habet. *C.* 13. Köpm: B. Ll. *c.* 12. *§.* 4. Rådſt: vel ubi res ſita eſt. c. 17. Jord: Ll. 13. Stl. eod: art. 4 Rättg. Ord: in loco etiam contractus ſi is ibi inveniatur *C.* 30. Köp: Stl *art:* 12. Handels Ord: Och then ſom ſkyldiger är ſins i Staden thå må gälneren ſin ſkyldner ät til Rådſtugu &c. Vel delicti *C.* 12. *§. ult.* Rådſt: B. 22. Er; Ll. Vagabundi v. ubi reperiuntur. c. ul: §. 1. Köp: ll. *TERTIUM Ut ſit idoneus de quo metus non ſit ne aliter quam debet, judicet ob imperitiā*, Dom: Regl: At han weet hwath rätt är. Iram, metum, amicitiam, commodum c. 1. Ting: B. c. 1 §. 1. Kong: Stl art: 6. Rätt: Ord: art: 5. Rätt: Proc. carentiam unius fundi c. 2. §. 2. Kong: Stl. Repelluntur etiam exteri. *d. c.* 2. Suſpecti verò quomodo recuſandi, *ex c.* 36. Kong: Ll. *c.* 36. Ting: *p.* 8 Rätt: Proc: & *l. apertiſſim. C. de jud:* colligere licet.

3. *Judicum differentiæ variæ ſunt; Alij enim ORDINARII qui vel jure magiſtratus vel ex ſpeciali lege cognitionem habent* Nov. 82. *Cujusmodi ſunt Imperatores, Reges.* Kong: Ll. c. 4. art: 2. principes 5. Collegiorum præſides, *art: 6.* Regem: *form* Præſides juſtitiæ *8. art:* R. *f.* qui nomine Regis una cum Aſſeſſoribus judicium exercent. *art:* 2. *11.* Rätt: Proc: Modus autem eligendi conſules *C.* 1. & 2. Kong: Stl. deſcribitur. Ex libera v. diſpoſitione S. R. M.tis factū eſt *quod Senatores* ſint judices provinciales quorum electio olim erat populi c. 1. Ting: B. Aſſeſſores ex p. 12. Rätt: Ord: conſtituuntur, qui judices Territoriales Lagh ä[?] re delegare optimè ſciunt. Reliqui omnes qui cauſæ co-

 gnitio-

gnitionem habent ſunt judices *EXTRAORDINARII* qui ex commiſſione alterius, cognitionem unius vel plurium cauſarum conſeqvuntur & munere ſui delegantis funguntur. *l. 1. §. qui mand: de off. ejus cui mand: tt. ext. de off. deleg: c. 33.* Kong: Vl. Hi de cauſâ controverſa ſtatuunt *Partim* judicis ordinarij voluntate, & hoc *vel nudâ cauſæ cognitione*, ut pedaneus Kämnären qui in crim: cognitionem duntaxat habet, non judicandi poteſtatem: *Vel ſimul etiã jurisdictione comiſſâ*, ut *Comiſſarij*, inferiores Legiferi Vnder Laghmän. c: *Partim* ſolo conſenſu litigantium cognoſcũt & hoc vel ob *jurisdictionem prorogatã*, ut ARBITRI COMPROMISSARII in quos â litigantibus compromiſſum eſt, ut cauſam ſpecie quâdam & figura judicij cognoſcant & decidant. l. 1. 17. 21. de recept. *Vel cauſa controverſâ ipſorum arbitrio commiſſa* & ARBITRATORES nuncupantur qui tàm de jure quàm de facto ſuper lite procedentes negotium amicabiliter tractent & componant. *l. 76. §. arbit: D. pro ſoc. c. 20,* Byg: B St l. & potiùs nudi mediatores ſunt (quorum opinio nullo modo effectum ſententiæ habet, ejq; partes nulla planè neceſſitate parere tenentur) quàm judices[s].

4. *Litigantes ad minimum ſunt duæ perſonæ* l. 62 ff. de jud: *Interdum verò plures, qui conſortes litis vocantur.* tt. C de conſort: ejuſd: lit. *ACTOR eſt is qui prior ad judicium provocat* l. 1. de eden: *Cujus ſummum jus eſt.* c. 11. p. 2. Ldz. St. L. c. 8. Rådz. *Nec alius accuſator admittitur ad quem non ſpectat damnum.* C, 29, Kong: B. Vl. 14, St l. Aut nomine Reip: vindicta, *C. 17. 18.* Ting: b. 10, Rådſt: Meminit quoq; antiquitas Gothica cognitionem quorundam, quos vocavit Sotnare qui inquire-

rebant in vitia quæ in judicium defectu accuſatoris non veniebant, Offs. L. Kriſten b. fl. 19. hi Norvegis Gäſter dicti fuerunt Norſke Hirdſträ c. 14. Qualia vitia MORES mali & luxus ſunt, quod poſtremum pia emendatione correxit Sereniſſ: R. M tas in Ord: Equeſt: Ao 1644. art: 6. Conviviorum ſumptum, c, 7. Gifft B. St L 8. Ll. præſcribunt.

*REUS eſt, qui judicio pulſatur. Cujus partes quoad cauſæ merita & probationes favorabiliores ſunt, l. 125. de R. j.* Ther ſaaken är blind ſkal man wara ſnarare til at hielpa honom ſom beklagat är/ ähn honom ſom beklagar in R. iud.

5. *A partibus hoc exigimus ut legitimam perſonam ſtandi in judicio habeant: quod quibusdam propter improbitatem vel delictum interdicitur, quibusdam ob furorem, minorennitatem &c.* 3. ff, 1. 3. *Agere autem vel accuſare nemo invitus compellitur.* l. ul. C. ut nemo invit, c. 17. Ting: B. *â lite autem incœpta deſiſtere ipſi impunè non licet. l. 1. p. 7. D. Ad Sc. Turp: c. 18.* Ting: 9. Rådſt: B.

6. *Perſonis adminicularibus olìm etiam ASSESSORES annumerabantur, cum adhiberentur non cauſa juris dicendi Novel: 60.* ut defúctis &c. *ſed conſilij ſuggerendi* l. 1. 5. ff. de off: Aſſ: *verum iſtiusmodi diſcrimina (ſicut & illud inter judicem & Magiſtratum c. 5.* Kong: Ll. *c. 1.* Ting: B. *art: 3. de priv: dat: â Ioh. III. A.o 1582.)* temporibus & moribus jam ſunt obducta, ut in hac inquirere ſubtilius, hoc quidem loco non ſit neceſſe. U*ſus* tamen Aſſeſſorum apud nos uberrimus eſt Sic SUPREMA SYNEDRIA ſuos habent juriſperitos. Holm: XVI. Jun: Aboënſ: Dorp: quodvis XII. *art: 8. Reg: form:* Ex quibus Vice-Præſes eligi ſolet. *TERRITORIALE & PROVINCIALE* ſuos ha-

bent Scabinos & Nämdarios qui olim cum Arbitris compromiſſarijs convenientiam habebant inſignem; *MUNICIPALE* etiam ſuo gaudet ſenatu, c, 2, Kong: St. L. Imò nec infimus judex qui vel perpetuus ut Holmiæ, vel temporalis ut hic Aboæ ſuis conſultoribus deſtituitur.

7. *Judicij præterea inſtruendi cauſa accedunt* 1. *ADVOCATI FISCALES qui ex officio nomine fiſci ſeu Reip: ultionem criminum perſeqvuntur & principis patrimonium procurant* l.4.C. de Advocat: div: jud: *Hi in parlamentis, Aſſeſſorum ſeroveníentiam & abſentiam notabunt. p. 5. proc. Cauſarum actiones* (Doombóćker) *inferiorum judicū fideliter conſignatas ad ſupremum tribunal mitti procurabunt. p. 10. proc: &c.* 2. SECRETARII, NOTARII, *ACTUARII* (Rättegångz & Handlingz Skrifware) art:12, 13, Pro. *SYNDICUS* (Stadzſkriffware) qui indigena erit c, 6, Kong: B. St. l. Hi acta judiciaria omnia fidelitèr diligenterq; excipiant, ſcribant atq, annotent. 3. *Apparitores, Viatores & Nuncij,* juſſa mandataq; judicum exeqvuntur, ſive in jus vocando c, 7, Rådſt: b. art: 14, proc, ſive judicatum exequendo c, 10, Gifft: B. St. l. Non verò apparebunt ad inferendam ſontibus injuriam c, 32, 33, Rådſt: B.

8. *Litigantibus qui ſuis rebus ſupereſſe vel nolunt vel non poſſunt l, 1, p, pen: de proc: præſtò ſunt* Advocati, *qui conſilio facundiâq; vel ſcriptione ſuâ patrocinium partibus præſtant;* Et Procuratores *ad lites (ad negotia enim conſtituti* Syſlomän *dicuntur.*

15. Jord

15, Jord: b: L. ) qui litem mandato domini perſequendam ſuſcipiunt. *l.1.de proc: art: 15. proc:* Univerſitatum autem & civitatum procuratores *Syndici* ſunt *l,1. §1. D. Quod cujuscunq; univ, nom:* Och ther någon förſendning på Stadzens wägnar ſkee ſkall/ at han ſigh ther til bruka låter. *in reviſ, juris Mun: Ao 1619.* ſicut Rerum Eccleſiaſticarum *OEconomi l, omnes 33 §, hoc nihilominus C, de Epiſ, & Cler:* *Defenſores* verò nullo mandato interveniente abſentem defendunt, *l, 12, C, de proc,* ſic virgo à parentibus *Upl, L, defenditur, C,* 11, *§,* 2, Ting: Uxores à viris, *c, 6, 9.* Gifft:b, L. & St L.

# *SECTIONIS III.*
## DE QUÆSTIONIBUS QUÆ IN JUDICIUM DEDUCI SOLENT, *CONTINUATIO.*

DIſquiſitis hucuſq; Definitione & Diviſionibus judiciorum, eorumq; perſonis conformiter cognitis, ut de Quæſtionibus agamus juſta ordinis ratio poſtulat. Harum autem caput eſt genus & naturam actionis competentis intelligere, cum eadem cauſa alia atq; alia actione in judicium deducta nunc juſta, nunc injuſta cenſebitur; Proq; ejus varietate nunc condemnandum nunc abſolvendum eſſe reum. In actionis autem genere inveſtigando tria potiſſimum occurrunt notanda. 1, CAUSA ex quâ agitur, quæ baſis & ſcopus eſt quò omnis diſputatio ſit dirigenda. 2. LEX quâ agitur. Et 3. RES quæ petitur ſeu cujus gratia agitur.

### *PUNCTUM I.*

1. *QUod ad cauſam attinet, ex quâ agitur,* ea vel obligationis ſpeciem habet vel non habet. Priore *quidem caſu in perſonam,* Poſteriore *v. in Rem actiones competunt. 4. inſt: 6. p, omnium; verſ: Namq,* Illæ condictiones, hæ vindicationes *appellantur.* inſt: eod: §, appellamus.

 2, Con-

2. *Condictiones ſunt vel* GENERALES; *Ut certi condictio* 12, ff, 1, l, 9, 4, C, 2, in certi condictio 12, ff, 6, l, 22, §, fin, L, 40. Condictio triticaria. 13, ff, 3, l, 1, vel SPECIALES. ex contractu vel maleficio deſcendentes. Contractuum autem alij NOMINATI qui proprium & ſpeciale nomen habent, alij INNOMINATI ſunt l, 7, §, 1, & 2, v, & ideò D, de pact.

3. *Sic è contractu Nominato juris gentium* REALI *oriuntur variæ actiones* E MUTUO enim Låån/ borgat (Cum quo affinitatem habent INTERESSE, USURÆ, 22, ff, 1, c, 15, Rådſt. 16, Kyrk p, 2, art, 5, in app, Legum prov, REDITUS ANNUI, c, 1, & 2, de Empt, & vend, in extra Com: ANTICHRESIS l, ſi is p, 1, de pig: ) eſt certi condictio ſpecialis ad repetendum mutuum l, 2, ff, de reb, cred: c, 9, Köp: St: l. 8 §, 1, Ll. 16. Rådſt: Ex INDEBITO eſt condictio indebiti, 12, ff, 6, l, 53, 84, de R, J, arg, c, 1, Jord: Ll. Ologlighit återgånge. E 1, COMMODATO, 13, ff, 6, 8, Köp: låån ſkall leandes heemföras. 9. St. l. c, 53, Byg: Ll. 20. St l. 17. Rådſt. Cui ſimile eſt PRECARIUM 43. ff, 26, 2, DEPOSITO, inſatt godz 16, ff, 3, c, 9, Köp: Ll. 5. St. l. cui affinis eſt actio ex RECEPTO, 4 ff, 8, l, 3, p, 1, Et SEQUESTRARIA 4. ff, 3, l, 9, p, 3, c, 30. p, 3, Jordb Ll. c, ult, Köp Ll i Taaka hender ſätia c, 10, Byg: p, 1, LL. Et 3, PIGNORE, Wädh/ Pant/ 20, ff, 1, c, 10, Köp: Ll/ 6, 7, 10, 11, 12, 13, St l. c, 1, §, 1, Jord: St l. Sunt actiones invicem propoſitæ, Directæ & Contrariæ. Directa competit danti, ut ipſi res reddatur: Contraria accipienti ut ſi quid in rem impenderit, vel vitioſa fuerit, vel alitèr ei abſit quod ipſi ab altero præſtari æqvum ſit.

4. *Quatenus* CONSENSU *initur contractus*

1. *In* Emptione venditione 19, ff, 1, confer. Köp: Ll. & St l. c, 1, 2, 3, 4, Köphand: Ordinant: ſivè res corporalis mobi-

mobilis Löösöra/aut ſoli faſta c, 10, Jord: Fl. 11. St. l. Hereditaria Arffwa vel acquiſititia, Afling c, 9, Jord: B. Fl. 4, St. l. vendita fuerit: ſive incorporalis. 4. C, 39, c, 5, Byg: St. l. dum ne tamen venditæ ſint merces quæ venire prohibentur, (*ut prædia tributoria*, 30, Kon: Fl. Calmar *Receſ*: 1484, *art*, 19, 20. *ſacra c*, 14, §, 1, Kyrk: *pupilli*, *c*, 16. Jord: B. Fl. 10. St. l. *Uxoris niſi cum conditione c*, 27, Fl. 16. St. l. *eod*, & *quæ præterea ſcatent vitio reali*, *ut furtivæ arg*, *c*, 16, 35, Tiuff Fl. *vi poſſeſſæ c*. 19, *p*, 1, Jord B. ll.) aut exportari 4. C, 41 aut cum præjudicio & reip. detrimento importari. Quo in argumento exiſtunt etiam quæſtiones de VECTIGALIBUS (Tull & Accis, MAJORIBUS Iſagogicis & Exagogicis. vid: noviſſ. Tullorning för Inländſke och Främmende vthi Siöſtäderne Anno 1648. promulgatam, vel MINORIBUS Ordning om Lilla Tullen de Ao 1638 De COMMISSIS (Confiſcerat Godz) 4, C, 61, cum Ordinantz S.R.M tis Ao 1046. De Nundinis 4, C, 90 c, 22, Köp Fl. II. Locatione Conductione Lega. 3. inſt, 24, 19, ff, 2, c, 20, 21, 22, 23, 24, &c. Jordb: Fl. Köp: c, 8, Fl. Byg: St. l. 10, 11, 13, Råd: c, 16, §, 1, Tawerne & Gäſtg: Ord. Locationi proximè accedit contractus Emphyteuticus. C, de jure Emph: qui aliàs vectigalis ager appellatur 6, ff, 3, quales apud nós Cronegårdar ſunt. Kon: Karls Hwſe ſyns Ordn: p. 21, Nyc: 1591. Cum quo affinitatem habet Feudum Lähn. Norköp: Beſlut: 1604. p, 14. De cuius natura, acquiſitione, conſervatione & amiſſione ſuperiori anno diſcurſum inſtituimus. Et III. SOCIETATE, Bolagh/ compagnie 4. inſt: 16, §, 2, 17, ff, 2, c, 33, Jord: B Fl. l. Pariformiter ſunt actiones directæ pro Emptore, venditore, Locatore, conductore & ſocijs. E MANDATO verò Umbud 17, ff, 1, c, 15, Jord: Fl. 9 St: l. 33. Edz. B. Fl. Eſt actio directa mandanti, l, 23, ff, de R, j, & contraria mandatario ad repetendum quidquid utilitèr vel neceſſariò impenderit & quicquid omnino ipſius intereſt.

5. *Ut RE & CONSENSU ad conventionem*

nem.

*nem accidentibus J. G. contrahitur obligatio: Sic &* Literis ac verbis *J. Civ: obligamur.* *ILLA literarum dicitur, quæ ex chirographo, c.* 33. Kon: LL. 11. St. L. *Tabulis accepti vel expenſi eorum qui munera ſuſtinent* 10. C. 22. *& aliorum puta mercatorum* Hundlingz Böcker &c. oritur. Cambium quoq; iuxta hodiernam praxin literis cambialibus Wexlebreff & conſenſu cum temporis dilatione locorumve diſtantia perficitur. *HÆC verborum; ut ſtipulatio unius pluriumvè correorum, tàm principalium.* 3. inſt. 15, 16. C, 17, Rådſt: quàm eorum qui rem alienam fide ſuâ eſſe jubent ut fidejuſſorū. Borgz Mån 3, inſt: 20, 46, ff, 1, c, 19, 20, 23, 28, Rådſt: 12, 13, Köp: ll quale ferè jus eſt in conſtituto 4. C, 18, Mans Ord/ Mans Ähra/ mandato, cōmendato l, ff, 12, Mand: Thet han wil te äger han gälda/ c, 23, Dräp: m: will: Et juratoria actione, 12. ff, 2, l, 3, c, 9, Köp: ll. 5. St. l.

6\. Et hi fuere contractus Nominati' *Innominati* Alij *Reſpectivi* ſunt, ut, do ut des, facio ut des, do ut facias, facio ut facias. l, 5, de præſ: verb. Alij *nudi & ſimplices* qui non habent συνάλλαγμα. l, 7, de pact: Alij *Conſenſu* conſtant, ut Æſtimatoria. 19, ff, 3, quo pacta cum Mänglare vel Mängelſkor pertinent. Alij *rebus ipſis*; ut rerum permutatio Bogſkipt 19, ff, 4, 4, C, 64, c, 1, 10, 17, Jord: ll. 8. 11, St l. c, 6, Köp: ll. §, 2.

7\. Quaſi contractus ſunt; *Actiones* negotiorum geſtorum citra mandatum. 3, j, 28, c, 29, Kong: ll. 14. St: l, tutelæ, §, 2, eod: c, 20, Gifft: ll 15 St l. de communi dividundo §, 3, eod. c, 1, Bygn: ll. familiæ herciſcundæ §, 4, c, 14, 15, Erff: ll 10, St l. Teſtamenti. §, 5, c, 19, §, 2, Erff: St: l. All teſtament/ oll giäld: finium regundorum Rää och Rőőr. 10, ff, 1, c, 1, 26, 27, Byg: ll. conf: Stadgan om ſkogerna

i Rike

i Riket Anno 1647. Huc referri poſſunt, obligationes extranei per JUS RETRACTUS vicini Widerboanderätt/ Naborätt/ 9, Byg: B St l. & Conſangvineorum Byrdzrätt/ c, 27, Ting p. 1, c, 2,3,4,5,6,7, Jord B l 1,2,3,4,5, St L. Sic quoq; abſq; apertâ conventione aliquando præceptoribus, Medicis & Advocatis &c. pro operâ ab ipſis præſtita ſalarium debetur.

8. *Obligamur etiã ſæpius* Mediatè, *ſic ex contractu magiſtri navis, in exercitorem actio Exercitoria datur 14. ff. 1.* Quo pertinet Lex *RHODIA*, quâ conveniuntur quorum coortâ tempeſtate (Haffznödh) jactura interfuit 14, ff, 2, c, 11, 13, Skip: p, 35, Gotſke ſiörätt. (Sicut ex deſtructione villæ vicini orto incendio Eeldznödh cives tenentur. c, 22, §, 6, Byg: S. l. Ruricolæ quoq; Brandſtudh ſolvere ſolent c, 37, Byg: L l. §, 1, & 2.) Inſtitutoria ex contractu inſtitoris (Factor) datur in dominum. Quod juſſu: Tributoria. De peculio. De in rem verſo: Dantur ex contractu filij & ſervi, in patrem vel dominum 4, inſt: 7. Tenentur porrò maritus ex ære alieno & contractu uxoris ipſo ſciente negotiantis. c, 4, Köp: B l. 3. St l. Minores ex facto tutoris. l, 1, 4, (*Quando ex fact: tut*: Heredes ex defuncti, modò rei, non pœnæ, perſecutio fiat. c, 23, D: will: B l. 4, St l. l, un: C, ut act: & ab her. Univerſitas item & principalis, ex Syndici & procuratoris facto. *Solet etiam aliqvando ejuſdem civitatis & provinciæ homo, pro debito vel injuriâ comiſſâ per REpreſſalias prægravari resq; ejus oppignorari c. un. in pr. de inj: in 6.*

9. *Oriuntur deniq; judicia ex contractuum adjunctis*, quæ vel ipſis inſunt: *qualia ſunt, quod quidam contractus ſunt* bonæfid: utrinq; obligantes, gratuiti &c. *Quidam* ſtricti juris, ex altera parte obligantes, mercenarij. Quædam adſunt & communia *ſunt; ut, pacta, acceſſiones.* Quædam propria

Uni vel pluribus contractibus, ut in Empt: vend: Addictio in diem Fråſtmark 18, ff, 2, l, 1, Upl: L. c, 5, Köp: B. Lex commiſſaria. 18, ff, 3. Pactum retrovenditionis 4, C, 54, l, 2. Teſtes & arrhæ. c, 1, Köp: L. St l. præterea venditor emptori evictionem præſtabit. c, 12, 14, 30. Jord L. 7, 8. St l. 17, 18, Tiuff L. ſuo etiam modo proxeneta Win c, 15, 20 Tiuff L. Ex Ædilitio edicto 21, ff, 1, *Redhibitoria* quâ venditor rem vitioſam recipit, emptor pretium. l, 21, c, 2, Köp L. St l. Byg: 52, L. & *Quantiminoris*. l, 1, 2, 6, 13, ff, eod.

10. *Abſolutis Civilibus Quæſtionibus reſtant criminales, quæ prout qvantitate & qvalitate variant ita etiam variè finiuntur. Sic in* Sacris *cauſis ſi oriatur ſchiſma, hæreſis, Apoſtaſia*, Conſtitutionibus C. de Apoſt: C. de Hæret. Receſ: Orbrog art: 10. *Blaſphemia*, art: 2. 3. Krigz art: *vindicantur. Si verò Res Sacra fraudulenter contrectetur* Sacrilegium verum *eſt l. Juliâ 48. ff. 13. c. 3.* St. L. 24. LL. *caſtigatum. Diſputatio 4. de poteſtate principis* Quaſi ſacrilegium eſt. 9, C, 29, l, 3, eod: c, 31, Kong: L. 9. St l. De ſepulchro violato agunt quorum intereſt. 47, ff, 12.

11. *Circa cauſas PUBLICAS prophanas committitur crimen* Læſæ Majeſtatis 48. ff. 4. *Contra majeſtatis aut reip. ſecuritatem*. c, 8, 9, Högm: L. 6, 7, St l. art: 2, 3, 4, 5, 6, Orb: Receſſ. Et Senatorum authoritatem. Kon: L. 9. St l. 8, art: 5, Reg: For: art: 24, Ridderh: Or: 1624. &c. *Cui conjuncta ſunt: PERduellio, Rebellio & conſpirationes.* In honorum & magiſtratuum petendorum modo illicito eſt Ambitus. 48, ff, 14, Ting: b.

c, 1, 2,

c, 1, 2, à quo parum ſimonia Sacerdotum diſtat 5, Decret 3. Lege julia punitur peculatus. c, 30, Kong: Bl. conf: Norköpings Beſlut & alia Decr. Reſiduorum 48, ff, 13, Et Annonæ flagellatio 48, ff, 12, Paritèr coërcentur qui annonam ponderibus menſurisq; adulterinis onerant. *l. annonam de ext: crim: c, 16, §, 5,* Kong: St l.

